

COMPENDIUM

feu Index

AD CONSULTATIONES
CANONICAS

D. JACOBI PIGNATELLI,

IN QUO OMNIA, QUÆ AB EODEM DISPERSIM
per Decem Tomos dicta sunt, studio & labore

ABB. CARMINI THOMÆ PASCUCCI

J. U. D. AC SACERDOTIS FREQUENTINEN.
Ordine Alphabetico summatim per Materias disposita, atque nonnul-
lis Additionibus locupletata, facile reperiuntur.

OPUS NON TANTUM JUDICIBUS ET CURIALIBUS,
*sed etiam Parochis & Parochianis, aliisque Ecclesiasticis Personis tum Seculari-
bus tum Regularibus valde utile; necnon Theologis, Canonistis, ac Moralistis,
cunctisque in utroque Foro versantibus, apprime necessarium.*

PARS SECUNDA.



*Edel Collegio Real
de la Cong.^a de S.
y de su Libreria*

*Bo. 2000. Libr. D. D.
Comunidade de Salamanca
Archiepiscopo Burgenis.*

VENETIIS, M. DCCXVI

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.





COMPENDIUM,

seu Index

AD CONSULTATIONES CANONICAS

D. JACOBI PIGNATELLI.

DE LEGATIS PIIS.

Ex his verbis codicillaribus pii testatoris: *Corpus suum tradi voluit sepultura in Ecclesia S. Hermetis, cujus Canonicis reliquit agros Mermillianos, quorum proventus dividi voluit inter ipsos, ita tamen, quod proventus primi anni in reparationem, & sulcimentum dictae Ecclesiae, ac paramentorum, aliorumque utensilium emptionem, non tamen ornamentorum expendantur. Queritur.*

An huiusmodi verba intelligantur pro unica vice, vel in perpetuum, sive discretive de primo anno singularum Canonicorum pro tempore? Vbi an sit simonia exigere a provisus aliquam summam ad usus pias? Tom. 1. Consult. 138.



dicendum est, hoc onus esse perpetuum, ita Alvaradus de consuet. lib. 2. cap. 1. §. 2. nu. 24. Perez de Lara de Annivers. lib. 1. c. 3. num. 9. & alii. Desumitur ex l. Anna §. Actia ff. de ann. legat.

Nec obstat, si dicatur, hoc esse simoniacum, atque prohibitum ab Alexandr. II. in cap. ex multis l. quast. 3. §. Constitutum. Et proxime ex hoc textu Rota coram Piteo dec. 396. num. 2. lib. 3. tenet, collationem esse nullam cum onere, ut aliquid detur pro fabrica donariis &c.

Nam responderetur ex hoc textu excludi dumtaxat veram simoniam, quatenus prohibet, quod non detur aliquid pro obtinendo beneficio, atque adeo in eam finem, ut beneficium obtineatur. Didio enim pro importat causam finalem, Ratin. conf. 29. num. 19. lib. 2. Gabriel. conf. 178. num. 15. lib. 1. Quare procedit in casu, in quo temporale ordinatur ad obtinendam spirituale. Quod etiam indicant sequentia verba. *Qui aliquid male accipit, quae significant, quod beneficium male accipitur, quia pro eo obtinendo aliquid temporale exhibetur, in quo committitur simonia,*

Compend. Pignatelli. Pars II.

At quando in alium finem aliquid exigitur de fructibus beneficii a collatore, aut exhibetur a collationariis, ut esset ad sublevandam Sacrae paupertatem, ad fabricam Ecclesiae, aut aliud simile opus pium, nequaquam intervenit simonia. Et ideo valet consuetudinem, ac esse rationabilem exigendi aliquid ab obtinentibus beneficia convertendum in utilitatem Ecclesiae, & pios usus, tradunt Felici. in cap. cum M. de consuet. Abb. in c. Jacobus nu. 4. de Simon. Ripa respons. l. n. 11. de arbit. & alii.

Quamobrem etiam Sacrae Congregat. Concil. seu potius Summa Pontif. ex sententia Sacrae Congreg. declaravit, valere Statutum, quod certa portio ratione novae possessionis Canoniciatum solvatur, convertenda in fabricam, & ornatum Ecclesiae, ut refert Barbol. in Collect. in eadem locum Trid. sess. 24. de refor. c. 12. & Gazz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 198. declar. 9. In una Segobien. 11. Julii 1590. cujus tenor hic est:

An Constitutio quaedam ab Episcopo, & Capitulo post Concil. Trid. de solvendo tertiam pecunie quantitatem ratione novae possessionis Episcopatus, & Canoniciatum, ac dignitatum, distribuendam in fabricam, & salaria Notariis, Curatorum, Campanariis, & aliorum Ministrorum Ecclesiae, quibus iam alia constituta sunt certa salaria, sit valida, necne? Sanctissimus D. N. ex sententia Sacrae Congregat. respondit, huiusmodi Constitutionem servandam, nihil tamen ex ea pecunia Notariis, Curatoribus, & Campanariis, aliisque Ecclesiae Ministris tribuendam, sed integram summam in usum fabricae convertendam, atque ita libenter solvendam, tam a Capitularibus, quam ab Episcopo, cum sperari possit officium Ecclesiaeque dignitatem, quae ob huiusmodi largitatem in aedificium, ornatumque Ecclesiae factum sumit exordium ad gloriam quoque Ecclesiae aedificationem feliciter in Domino profecturam.

Ratio desumitur ex eo, quod licet fructus beneficiorum non sint obligati Ecclesiae, vel Sacrae, aequitas tamen exigit, quod Ecclesia particeps aliquam portionem, dum interit beneficiarius, & subministrat commoditatem peragendi functiones, ad quas tenentur ratione beneficii. Preterea, si proventus ipsius sine tenes, ita ut non possint commodè sufficere pro manutatione.

Cum ergo in hoc casu ex fundatione pii testatoris decernatur, ac veluti dedicatur in pacem, sine stabilitate id, quod est secundum aequitatem, statimque appareat titulus, quo id

A juli-